

DELLA  
ROMANI  
EDM. P. V.

DELLA  
DOLINI  
AN. 100  
AN. 100

BX855  
.14  
1733-62  
v.6  
16  
c.1



1080046046

# BULLARUM

PRIVILEGIORUM AC DIPLOMATUM

## ROMANORUM PONTIFICUM

AMPLISSIMA COLLECTIO

CUI ACCESSERE PONTIFICUM OMNIUM

VITÆ, NOTÆ, ET INDICES OPPORTUNI

## TOMUS SEXTUS

### PARS SEXTA

AB ANNO X. ALEXANDRI VII. USQUE AD III. CLEM. IX.

SCILICET AB ANNO MDCLXIV. USQUE AD MDCLXIX.



ROMÆ MDCCLXII.

TYPIS, ET SUMPTIBUS HIERONYMI MAINARDI

IN PLATEA AGONALI AD VICUM COCCAGNÆ

SUPERIORUM FACULTATE, ET PRIVILEGIO SANCTISSIMI.

46583

BULLARUM

ROMANORUM PONTIFICUM

AMPLISSIMA COLLECTIO


VITA, NOTÆ, ET INDICES OPORTRUNI

TOMUS SEXTUS

PARS SEXTA

ANNO X. ALEXANDRI VI. PONTIFICIS MAXIMI

MDLXXIX



ROTE MDCLXXIX

ANNO X. ALEXANDRI VI. PONTIFICIS MAXIMI



Enno, & Rno Domino

**D. CORNELIO**  
**TIT. SS. COSMÆ, ET DAMIANI**  
**S. R. E. DIACONO**  
**CARDINALI CAPRARA.**

HIERONYMUS MAINARDUS F.



Agni refert, ut quidquid agatur, suo loco,  
suoque agatur tempore. Cum, post multos  
exantlatos labores, plurimasque pro meis viribus erogatas  
expensas, ad metam tandem aliquando plenissimæ Edi-  
tionis Pontificiarum Bullarum devenerim, non alio, nisi  
Tibi, PRINCEPS EMINENTISSIME, Volumen Ejuſ-  
dem

dem postremum nuncupare debueram. Patruus enim tuus clarissimus ab incepto, ac pœne ab immenso hoc opere jam desistentem, adeo me confirmavit; ac tot subinde a singulari humanitate tua in me profecta sunt officia, ut animum variis affectum perturbationibus erexerint, laboriosumque opus ad optatum finem perduxerint.

Patruo itaque tuo, Cardinali Amplissimo, æque ac Sapientissimo, aliud Volumen Editionis meæ dicavi; Tibi, jam in Cardinalium Collegium jure, meritoque, cooptato, hoc postremum. Debui munusculum hujusmodi Illi offerre pro singulari ejus erga me voluntate, proque ejus excellenti bonitate non minus, quam in omni rerum genere doctrina. Quem etenim fugit, iis artibus instituisse vitam, quibus maximam & probitatis, & sapientiæ adeptus est opinionem? A Secretis magnorum, gravissimorumque Purpuratorum, qui jussu Pontificis Maxim. rem Christianam ubique gentium moderantur, prudentia tanta, tantaque in rerum agendarum dexteritate, ac zelo propagandæ Fidei, munus hoc difficillimum exercuit, ut ejus virtutum fama, longinquas regiones pervagata, barbaros etiam populos, & religione diversos, Illi conciliaverit. Ad nobilissimam Bibliothecam, quam magnis impensis, magnoque studio sibi comparaverat, ipsam de Cœlo deduxit Philosophiam, ut de sua scripsit Boethius, cum ait (\*) *Hęcine est illa Bibliotheca quam certissimam tibi sedem nostris in Laribus ipsa delegeras? In qua mecum sepe residens, de divinarum, humanarumque rerum scientia diserebas?*

Tuo vero nomini, CAPRARA EMINENTISSIME volumen hoc postremum ut exiret, non solum illa superiora fecerunt, sed etiam egregiæ laudes tuæ, animi scilicet, ingenii, consiliique præstantia, de quibus multa, & mira prædicarem, si id impetrare possem ab illa Modestia tua, quæ virtutem in se ipsa expetit, in aliis diligit, & inter homines meritis potius eminet, quam dignitate.

Ex Duodecimviris unus, litibus, controversiisque finiendis (Tribunal, toto Orbe celeberrimum, & illo forsitan Areopagitico longe præstantius) qua legum peritia, Deus bone, quo mentis acumine, qua animi constantia,

(\*) *Conf. Phil. Lib. I. Prof. IV.*

tuam solebas ferre suffragium! Hinc Magistratui regundæ Urbis præfectus, ita in imperio te abstinentor gessisti, ita justitiam complexus es, ut summa tua cum laude, magnoque tui nominis incremento, gravissimorum negotiorum molem sustineres: quamobrem amplissimam Cardinalatus dignitatem, non quasi optatam, sed quasi debitam es adeptus.

Ultimam imposui manum Editioni meæ ob tot, tantaque tua, tuique immortalis Patruus, in me officia, ultimum ergo Operis Volumen nomini tuo erat, **CARDINALIS AMPLISSIME**, inscribendum. Et si magnitudine tua haud res digna videtur; benigne tamen, pro singulari humanitate, qua polles, munusculum excipe. Vale.

IMP R I M A T U R

In Thomae Augustini Richini Ordinis Prædicatorum  
Sac. Sæc. Sæc. Mag. Sæc.

INDEX